



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 52. Religionis libertas a Protestantibus Bohemiæ Statibus extorta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](#)

**Sæc. XVII.** Majestas hanc libertatem sponderet, ei-  
A. C. 1609. dem exhibere voluerint, quod si tamen  
 sua Majestas Ordinum petitioni aquie-  
 scere noluerit, defensionis negotium su-  
 scipere, operamque dare decreverint,  
 ut militibus armisque instructi & Re-  
 gem suum & seipso Regnumque uni-  
 versum adversus exterorum hostium vim  
 defendere & tueri valeant. Ut vero  
 hasce minas suas potentum suffragio ac  
 patrocinio fulcirent, Saxonie Electo-  
 ris Oratorem, ut ipse Cæsarem ad con-  
 cedendum sectæ suæ exercitum urge-  
 ret, sollicitant, Silesiæ quoque Ordin-  
 um Legatos mox introducunt, qui  
 & sibi sectæ libertatem indulgeri peten-  
 tes Bohemis suam operam auxilium  
 que promiserunt. Nec his contenti Bo-  
 hemi Protestantes, insuper ingentem  
 equitum, peditumque copiam conscri-  
 bunt, atque in urbem non sine Cæsari  
 contemptu inducunt.

### §. LII.

#### *Religionis libertas a Protestantibus Bohemie Statibus extorta.*

*Goldast.* Crescente indies in Bohemia Acatho-  
*Confl. Imp.* licorum temeritate ac potentia Cæ-  
*pag. 583.* far undeaque desertus, omniq[ue] ope-  
*Theatr. Eu-* ac consilio destitutus *literas* ut vocant,  
*rop. tom. I.* *ad an. 1618.* *Majestatis*, quas per apertam vim, &  
*ad an. 1618.* *Majestatis*, quas per apertam vim, &  
 crebras

crebras seditiones extorserant, die un- Sæc. XVII.  
decima Julii importune instantibus ac A. C. 1609.

vehementer urgentibus Saxonæ Lega-  
tis concessit, in hanc fere sententiam Chytr. Cont.  
conscriptas: „Ut pax & amicitia inter pâg. 167.

„Bohemæ statuum subditos tam sub  
„una quam sub utraque specie commu-  
„nicantes conservetur, utraque pars  
„Religionem suam libere & absque ullo  
„impedimento exerceant, utque recef-  
„sui comitiorum anni prioris, mandato-  
„que Cæsareo satisfiat, decernit Cæsar,  
„ut neutra pars alteri injuriam inferat,  
„aut calumniis proscindat: Status quo-  
„que sub utraque specie communican-  
„tes, aut Confessionem Bohemicam  
„profstantes liberum Religionis suæ  
„exercitium in omnibus Regni locis  
„habeant, & retineant, donec univer-  
„salis ibi Religionis unio constituatur.  
„Præterea Pragense Consistorium infe-  
„rius illis permittatur, facta potestate,  
„ut Ministros suos ordinare, suisque  
„Ecclesiis absque Pragensis Archiepi-  
„scopi impedimento præficere valeant:  
„quin & Academiam Pragensem ite-  
„rum aperiendi ac doctis suæ Confessio-  
„nis Viris exornandi, ac defensores  
„tam Consistorio qnam Academiæ præ-  
„ficiendi potestatē habeant, siue præ-  
„ter ea, quæ jam possident, Templæ plura  
„alii, scholasque pro instituenda juven-

Bb 3

,tute

Sæc. XVII. „tute in suis terris erigere velint, i.  
A. C. 1609. „bere valeant, neutra autem pars a-  
„teram ullo modo lædat, multo minus  
„sepulturas in templis & Cæmetris cum  
„campanarum pulsu peragere prohibeat,  
„aut aliquem a Religione sua avertere  
„& per vim in sua castra, suamque fer-  
„tentiam pertrahere satagat, sublati  
„omnibus in contrarium editis man-  
„datis „ Hoc mandato die decima  
tertia Julii ad areem affixo Protestantes  
statim secunda post die in Templo quo-  
dam Hussitico Concionem per suos  
Empiricos haberi curarunt.

## §. LIII.

*Silesii idem a Cæsare intentatis minis  
postulantes.*

*Contin.*  
*Chytr. p. 169.* Hæc Cæsarea concessio, qua, teste A-  
*Gastal. de* pamiano, Imperatoria Majestas vi-  
*statu publ.* lescere cæperat, pacis publicæque tran-  
*cap. 6. §. 213.* quilitatis obtentu honestabatur: quod au-  
*pag. 338.* tem fatali nimium experientia compro-  
*Khevenhill.* batur, nulla re certius, ac funestius pa-  
*t. 7. p. 99.* cem, populi tranquillitatem, Regum  
*Appamian.* securitatem, ac Regnorum prosperita-  
*in contin.* tem everti, quam ipsa Religionis di-  
*num. 5.* versitate. Testis est Germania, Hun-  
*garia, Anglia, Francia, ac præcipue*  
*totum Romanum Imperium, quod ante*  
*Lutheri ac Calvini schisma erat floren-*  
*tissimum,*